

Aduertencias para

opinionem Collectoris recensentis concessio-
nem Clementis. 7. & opinatis, quod sic stric-
te intelligenda sic, quod confessor semel pre-
sentatus non teneatur iterum in eadem Diœ-
cesi se presentare & censeatur presentatus in
eadem Diœcesi. Verum ipse Frater Antonius
dicendum esse putat, vt dicit quidam primo,
in materia priuilegiorum satis eruditus & fi-
dedignus, quod debeat intelligi late sic, sci-
licet, q̄ confessor semel debite presentatus,
non tenetur amplius se presentare in eadem
Diœcesi, nec in alia quacunq; ad quam se trās-
tulerit ad morandum ad tempus vel in perpe-
tuum : sed quod iam censetur semper & vbi-
q; debite presentatus. Et ratio est, quia in-
tentio impetrantis hanc concessionem fuit
talis [vt ipsemet impetrator dixit] & inten-
tio Papę concedentis conformatur intentio-
ni impetrantis, nisi aliunde sit dolus, vt est
communis practica Iuristarum. Sed re vera
ex Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 13. sta-
tuit neminem etiam regularem posse audire
secularium confessiones, nisi ab Episcopis; &
Ordinariis locorum approbationē obtineat
priuilegiis & consuetudine quacunq; etiam
immemorabili non obstantibus. Quę ver-
ba